UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui Guinnoci ludimagistri

Spauter, Johannes de

Argentorati, Anno, M. D. XV.

Præcepta Badij de sui & suus ex Valla.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70853

Visual Library

pronomini ſibi nulla neceſſitate ſed ueluti cuiuſdã feſtiuitatis gratia Teren. Suo ſibi hunc gladio iugulo. Cice. Suo ſibi uictitant ſucco. Colu. ſuo ſibi iure abluũt, utimur q̊q; freq̄ter hoc dicẽdi mõ. Sus eſt illius mos, ſua eſt iſtius natura, ſuus eſt Ariſtotelis modus. Suum Platonis genus, ſua diſcentis negligentia. Et ſui quoq; uocatiuus eſt ut defendite cæſarem o ciues ſui, plurimi doctiſſimorũ elegantiũ de ſui & ſuus non uſq; quaq; obſeruauerũt, quia, is, ipe, ille pro recipro cis interim poſuerũt. Oĩa docet pulcherrime Valla. Plautus in argumento aſinariç. Accurrit uxor ac uirũ eius triſte agit. Eius dixit ꝓ ſuum. Teren. in Ecy. Mater quod ſuaſit ſua ꝓ eius dixit, ut notat Donatus. Lancilotus nititur probare ſua hic capi pro ꝓpria, uerũ mallem eius dicere. Virgi. Nãq; ſuã patria antiqua cinis ater habebat, ꝓ eius dixit ait Valla, ſed Lanci. dicit capi pro propriã. Quicquid eſt ſtudeamus pro uiribus de ſui & ſuus elegantiã ſeruare, in ſacris ſæpiſſime omiſſam, ut patet legenti in nouũ teſtamẽtũ Vallã, ſed ut facile pateat uobis ad hanc rem iter, apponam præcepta Badiana, e Valla decerpta, minime pœnitenda.

Præcepta Badij de ſui & ſuus ex Valla.

Præceptum primum.

Non utemur more græcorũ indifferenter reciprocis & nõ reciprocis. non enim habemus ut illi ea cõmunia ſiue indifferentia, uerũ uigilãtius ea diſtinguemus, in qua re ſi uel magnos autores dormitaſſe cõpererimus, non tamen imitabimur, ſed nõ prius dormitaſſe cẽſebimus, q̃ compertũ habeamus quo fiat relatio, ne non illi, ſed noſtra erret cenſura. Cęterũ ſi quãdo cõmuniter per reciproca & nõ reciproca ꝓter geminũ reſpectum loqui licet, non continuo id ubiq; factitabimus, ſed ubi id fieri permittatur accuratius annotabimus.

Secundum.

Bona autem cenſebitur reciprocatio, quãdo pronomen reciprocũ ad ſuppoſitũ principale refertur, quod fit quãdo loco reciproci poni poteſt in uero ſenſu ipſemet, aut ipſe idẽ cum dicto ſuppoſito, uerbi gratia in illo Terẽtiano in Andria. Orare iuſſit ſi ſe amas hera iã ut ad ſeſe uenias, uidere te ait cupere ſe, principale ſuppoſitũ hoc eſt prioris uerbi, eſt hera, ad quod fit reciprocatio. Nam in uero ſenſu ſic dicere poſſum ſi amas ſe. i. ſemetipſam herã aut ipſam eãdem heram, quod nõ fit quãdo barbari ſic loquũtur, Petrus neſcit an Ioannes ueniet, dixit tamen ſibi & filio ſuo, quia principale ſuppoſitum eſt petrus, ad quod neq; ſibi, neq; ſuo pertinet, quia non licet dicere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſibimetipſi petro,ſed ſibi uidelicet Ioāni,unde dicendū erat ei aut ipſi
aut illi & filio eius,aut illius aut ipſius,qa nō reſoluit ſuo.i.ipſiꝰ eiuſ
dem petri,ſed Ioānis.Nō tamē(licet ꝓ expimēto id ſigni damus)bel
le loquaris ſic,dixit ſibimetipſi Ioāni,quia ꝓnomina (ut Serui.inqt)
poni uolunt ꝓ nominibus,non cū noībus.Nihil autē eſt facilius ꝙ
obſeruare reciprocationē,ubi indifferēter loqui nō licet,at ubi licet
nihil eſt periculi,bona ē ergo reciprocatio in his.Quiſq; ſui memor
eſt.Sibi quiſq; indulget. Se quiſq; fouet.A ſe quiſq; fouet̄ homo ſui
& ſuorū,aut liberorū ſuorū imemor belua deterior eſt, uir ſibi &
uxori ſuę nō ꝓſpiciens,frugi nō eſt,mulier ſe & domū ſuā non co-
lens acidioſa eſt.Qui a ſe & ſuis uon colit̄,contēptibilis eſt.Cōtra in-
eptę ſunt locutōes ſi nō reciproca in his poſueris,ut qſq; eſt eius aut
ipſius memor,niſi addat̄ ſui,ut ſuiipſius.Quiſq; diligit ipſum & libe
ros eius,ſi de eodē loquamur.Itē quādo in nō reciprocis utimur re
ciprocis,ut ego dixi fratri meo,& cōiugi ſuę.Nihil frater faciet q̄d
nō dix:ſibi.Cęterū ut ſpecialibus regul̄ rē aptiorē faciā, collegi has.

Tertium.

Vbi principale ſuppoſitū eſt qſq;,aut unuſquiſq; fere locū habet re
ciprocatio,ſi tamē ſuperior ſeruet̄ regula. uerbi gratia aptus eſt ſer-
mo.Quiſq; ſui memor eſt,ſibi fauet,ſe amat a ſe colit̄,ſuoꝝ imemor
eſſe nō poteſt,ſuis inuidere nequit,nō poteſt quin ſuos diligat,a ſuis
honorat̄,ſuorū liberorū miſeret̄,ſuis liberis conſulit,ſuos liberos fo
uet,a ſuis liberis uenerat̄. Cōtra ineptus.Ioānē nemo diligit,quū ta-
mē unuſquiſq; liberos ſuos diligat, ſi de liberis Ioannis loquimur.
nā dicendū eſt liberos eius aut ipſius.Neq; opus eſt ut quiſq; ſit no
minatiui caſus.Nam apta eſt locutio. Sua cuiuſq; intereſt.Sui cuiq;
colendi ſunt.Trahit ſua quęq; uoluptas.Sui ab unoquoq; colendi
ſunt,& in primitiuo.Sui quęq; miſereſcit ,ſibi quęq; fauere decet ſe
amari,a ſe coli. Et in datiuo. Sui miſereri cuiq; licet, ſibi fauere,ſe a-
mare a ſe amari &c̄.

Quartum.

Quotiēs ſuus ponitur pro proprio ac debito,aut ſubſtantiuū eſt ,fe
re locū habet,nec eo abuti facile poſſumus. recte ēm dicimus dicā
loco ſuo,tēpore ſuo,ſuis horis res geſta eſt a ſuis magiſtratibus.Ioā
nes amat ſuos.Nemini īpertit ſua.hoc autē diſcriminis habent ꝓno
mina poſſeſſiua ſubſtantiuata in maſculino & neutro genere ꝙ in
maſculino ſignificāt cōſanguineos,affines, propinquos, familiares,
notos & amicos.In neutro res,aut ut dicūt bona,ſeu fortunas.

Quintum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quotiens gemina eſt locutio,ita ut bina cõplectatur ſuppoſita,licet ad prius dare reciprocũ,aut ad poſterius nõ reciprocũ,in qua re tamen animaduerſione opus eſt,atq; authorũ inſpectione. Verbi gratia recte dicas, ille repetit quod ſuũ ẽ,& quod ipſius eſt. Quiſq; uult quod ſibi,aut quod ei expedit,quia ſi reſpicio ad ſuppoſitũ prioris uerbi,dicam ſuũ & ſibi,ſi ad poſterioris ipſius & ei,aut ipſi ſic id q̊d eſt ipſius,id quod expedit ei,aut ipſi iuuenis nõ petit, ut illũ miſerũ putetis,aut ut ſe miſerũ putetis,ſed dicamus ſpecialius.

Sextum.

Quotiens autẽ ſic ante prepoſitionẽ interponit genitiuus, datiuus, aut ablatiuus licet reciprocũ & non reciprocũ ſubdere. Quotiẽs nominatiuus,aut accuſatiuus habens uim ſuppoſitalẽ uendicat ſibi locum reciprocũ,ut grãmaticorum inter ſe,aut inter ipſos,grãmaticis inter ſe aut inter ipſos,a grãmaticis inter ſe aut inter ipſos,ſed grammatici inter ſe diſputant. Scio grãmaticos inter ſe diſſerere.

Septimum.

Quando ṽo ſingula ſunt uerba,ſed duplex reſpectus,alter ad ſuppoſitum,alter ad obliquũ.ſi pronomen ſuppoſitũ reſpicit, erit reciprocum.ſin obliquũ potius non reciprocũ,reperitur tamen & reciprocum.Exemplũ prioris,ut tuetur nos deus propter clementiam ſuam non eius.Exemplũ poſterioris,ut cepi columbã in nido eius, & etiam ſuo.cœpi lupum in antro ſuo & eius. Amamus deum propter bonitatem eius.

Octauum.

Si tamẽ obliquo addatur uerbum aut adiectiuũ ad quod fieri reciprocatio debeat,erit ei locus,ut inueni leonem iratũ ob amiſſam p̃dam ſuam.uidi hominẽ ambulantẽ per domũ ſuã, non per domũ eius,quia illic gemina eſt in uirtute oratio.idem enim eſt iratũ & q iraſcebatur & ambulantẽ ac qui ambulabat,ut ergo non dicã q ambulabat ꝑ domũ eius niſi de alterius domo loq̃r q̃ ipſius ambulãtis

Nonum.

Quotiens autẽ interuenit inter obliquos cõiunctio nõ eſt reciproco locus,unde nõ dicã cepi Leonẽ & catulos ſuos ſed & catulos eius.

Decimum.

In conſtruẽdo aũt ſi nequit apta fieri reſolutio, ꝓponemus etiã obliqui caſus antecedẽs,ut quęq; ſua uoluptas trahit, non ſua uoluptas trahit quemq; nõ poteſt em̃ relatiuũ ſine antecedẽte intelligi,ſed hęc regula quãtũ ad elegantiã parui,aut nullius eſt momenti. Cęterum

ne ꝑlixitate diſpliceā, uerbū non amplius addā. hæc Badius in libellum Vallę. de ſui & ſuus, quę ſi minus uideantur ſufficere, ipſe legat Valla amœniſſimus, a nullo ſat unq̄ laudatus, hic ſiquid deſyderabitur abunde ſuppeditabit.

Cōſtructio quæ rectius grāmatica reſolutio dicitur.

OPtandi debent aduerbia ſiue uocandi
Sumere principiū, uelut interiectio ſæpe
Ecce age & heus, ne p⁹ q̄ debes ponere ꝗntū
Hinc rectū ſequitur uerbū tibi ſit generalis
Regula quę a tergo regitur, uult dictio cūcta
Poſtponi ſiquid declarat iuris idem ſit.

Cōſtructio ꝓprie eſt totius cōpoſitio, a cōſtruēdo dicta, & de orōne dicit̃, quia plures dictiones cōſtruunt̃. i. ſimul iungunt̃. Conſtructio excedit regimē contra quoſda, nā in adiectiuo & ſubſtātiuo conſtructio eſt, non regimē. Nam ubi regimē eſt, illic eſt regēs, & rectū, hoc cogit̃, illud liberū eſt, ut liber petri. Regens moueri poteſt de caſu ad caſum, nō ſic rectū, ſic egeo patris, licet em̄ hic rectū ad aliam caſum moueri pōt, nō tamē ad quēuis. Ideo liberū nō ē. In adiectiuo & ſubſtantiuo utrūq; cogit̃, ſed his miſſis aliter capit uulgus cōſtructionē ꝓ grāmatica reſolutiōe quū ꝙd diſcipulis uolumus declarare, melius certe uocaret̃ deſtructio, nā ꝓprie diſponēs elegāter partes orōnis diceret̃ cōſtruere orōnem, quā grāmaticus declarādi gratia deſtruit. Noſcere grāmaticā reſolutionē eſt ualde utile, pro ſcripturis intelligendis, de qua dantur hæ regulę. Prima aduerbia optandi, ut utinam o ſi. & uocandi, ut o heus, papę &c̄. aduerbia demōſtrādi, ut en, ecce. & hortādi, ut age. & reſpōdendi, ut heus. & ꝓhibendi, ut ne, & ſi quę ſint alię particulę excitationē ſignificantes, ſumūt principiū in conſtructione grāmatica ſiue in reſolutione. Secunda poſt hęc ſequitur uocatiuus caſus. Tertia poſt uocatiuū ſequit̃ ntūs a fronte rectus. Quarta poſt ntm̄ ſeq̄t ꝟbū ꝑſonale finiti modi. Quinta regula gn̄alis. dictio recta a tergo ſequit̃ dictionē regētē, ut o uirū, heu me, hei mihi, ecce me, ſum bonus, euaſi doctus amās deū, & añ ntm̄ ſępe ponit̃ obliqu⁹, ut qñ o hei &c̄. regūt caſū & vtūs habet caſū &c̄. Amans deū amat̃ ab eo. Sexta regula. Qđ declarat alterū declarato poſtponit̃ ut adiectiuū ſubſtātiuo, & aduerbiū uerbo, & infinitiuus finito, atq; etiā adiectiuo, ut paratus cantare, & cert⁹ mori & moriendi, ſed actūs prępones infinitiuo ſi a fronte regat̃, ut me

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN